

res est certa, tum quia illorum natura calidissima est, et verè ignea; tum quia assueti sunt cœlorum ac temporum injuriis, cum nullum habeant, præter naturalem, tegumentum. At homo, qui sub tectis habitat, neque adeo adversus temporum inclementiam obduruit, si quid accidat in quacumque rerum tempestate durum et insolitum, facile aut franguntur vires, aut languescit animus: ut enim nimius calor dissolvit, et laxat, sic nimium frigus, quale tunc fuisse oportet in tempore nivis, contrahit, impedit et constringit membra.

Quod autem in cisternâ leonem occiderit armatus baculo, ut dicebat Josephus, non admodum commendat Banaia robur; multo enim facilius opprimi potuit in cisternâ, penè in nive demersus, ubi se omnino commovere non posset, quam si solutus esset à nivali compede, et liber in sylvis vagaretur. Neque enim in cisternâ, in quâ tam erat altâ nivalis illa moles, unguis habebat, quos exereret, et in venatoris viscera altius infigeret, cum se neque commovere posset, neque explicare crura, neque dentes; cum eo loco tantum haberet hiantem rictum, et horribilem fremitum, non tam ex furore quam ex timore natum. Quid autem noceret dentibus, quantumvis illos fulmineos haberet, cum neque caput posset armatis dentibus movere, neque agere quidquam, sed tantum pati quidquid à nigente hyeme, aut à ferro venatoris accideret? In eo verò magis puto commendari Banaia robur et audaciam, quod impavidus desiliret in foveam, undè neque videbat effugium, et sibi ipsi fugiendi ab eo, quod impendebat, periculo facultatem præcideret. Hoc sanè in illis admiramus, laudamusque, qui sibi ipsis necessitatem imposuerunt, ut aliquid perficerent egregium, erepta prorsus facultate, etiamsi maxime cuperent, declinandi periculi. Hunc leonem Hebraei Joab esse dicunt, quem Salomonis jussu ad ipsam aram Banaia occidit, ut in Traditionibus Hebræorum refert Hieronymus.

VERS. 21. — IPSE QUOQUE INTERFECIT VIRUM ÆGYPTIUM, VIRUM DIGNUM SPECTACULO. Opus aliud refert eximie virtutis, et audacie singularis illustre documentum. Nam cum virum quemdam Ægyptium magnitudinis visendæ, qui, ut habemus in libro Paralipomenon, quinque cubitorum altitudinem haberet, et lanceam ejus crassitudinis, ut textentium licitorum æquaret, occurreret illi penè inermis, cum baculo nempe, aut eodem aut simili illi, quo in cisternâ leonem interfecerat, et detractam de ad-

versarii manibus immanem illam hastam in illius viscera penitus adegit. Ubi duo in hoc singulari congressu sacer historicus observat. Alterum est, in illo Ægyptio et esse prodigiosam molem; id enim valet, *dignus spectaculo*, et armis contra inermem antagonista, instructum. Alterum est, extortam esse hastam è manibus, et suo ipsius telo ab antagonista vibrato cecidisse. Quâ in re Banaia facinus edidit Davidico simillimum; nam ut ille adversus gigantem, qui uno tantum cubito et palmo major erat, penè inermis irrupit, et erepto gladio cervicem amputavit, sic etiam iste giganteæ magnitudinis hominem proprio ipsius telo confecit. Hebræorum quidam Ægyptium istum Semei fuisse prodiderunt, quem Banaia Salomonis jussu sustulit: sicut etiam leonem in cisternâ somniarunt esse Joab. Sed multa sunt, quæ huic vanissimæ cogitationi repugnant, quæ ipsa, me tacente, satis seipsa produunt.

VERS. 25. — ET IPSE NOMINATUS INTER TRES ROBUSTOS, QUI ERANT INTER TRIGINTA NOBILIORES, VERUMTAMEN USQUE AD TRES NON PERVENERAT.

Quomodo tam Banaia, quam duo alii, qui ex cisternâ regi aquam attulerunt, non fuerint ex tertiâ robustorum classe, in quibus numerabantur triginta, paulò ante à nobis dictum est ad versum 15. Sed licet tantus esset Banaia, non tamen ad illum ordinem, roborque pervenit, in quo numerantur tres priores. In lib. 1 Paralip. cap. 11, v. 25, dicitur: *Inter triginta primus*. Sed quo sensu sit explicandus ille dicendi modus, et quomodo non semper aliquem in subjectum numerum includat, diximus eo loco, de quo proximè. Quare tam tres, de quibus supra, nobiliores sunt præ triginta, quam modò Banaia primus et princeps dicitur præ illis.

FECITQUE EUM SIBI DAVID AURICULARIUM A SECRETO. In lib. 1 Paral.: *Posuit autem eum David ad auriculam suam*, Heb., *ad auditum suum*, sive, *ad auscultationem*, seu, *sermonem suum*. Quasi dicas, à secretis, cui arcana impertiretur consilia, aut quem in rebus gravioribus familiariter et secreto consuleret, aut cui res, quæ fidem et secretum exigebant, committeret. Id enim omne valet *el mismaatho*, ad auditionem ipsius; auditio autem idem interdum valet quod sermo. Habac. 3: *Domine, audivi auditionem tuam*, id est, vocem, vel sermonem.

VERS. 24. — ASAEL FRATER JOAB (1). Jam hic

(1) Mystice Rupert. lib. 2, cap. 58, per primum ternionem fortium Davidis accipit Apostolos, qui fuerunt fortissimi; nam totum orbem

ponitur tertius robustorum ordo, in quo continentur triginta, aut triginta unus (ut enim à nobis dictum est, exiguus numerus, sive excellat, sive deficiat, cum magno ac pleno numero explicari non solet), qui eo numerantur ordine, quo alii alios virtute, aut rerum gestarum gloriâ superarunt. Fuit autem Asael ille, quem nimis pertinaciter insequentem interfecit Abner, cap. 2. Quid ille præterea eximium fecerit, nihil habemus, sed fecisse alia plura, quæ illi fortitudinis nomen pepererunt, satis est verisimile; aut cum in solitudine et fugâ comitatus est David, aut quando regnum iniit Israel. Porro hic, contra quam nonnulli existimant, non fuit ex illorum numero, qui, ut aquam è cisternâ portarent, per medios Philistinorum cuneos irruerunt, quia antequam David regnum obtineret, quo tantum tempore videntur tres robusti ad illius votum aquam portaturi, jam ipse ab Abnere fuerat hastâ confossus. De reliquis, qui ad tertiam hanc classem rejecti sunt, nihil est quod dicamus, cum de illis in aliis Scripturæ locis habeamus nihil, nisi de Uriâ, cujus præclarum et fidelem animum, et indignam cædem audivimus cap. 11, et Achitophèle Silonite, qui contra Davidem cum Absalome filio conjuravit, cujus filius inter fortes numeratur. (1)

subegerunt Christo; per secundum ternionem fortium accipit martyres. Causam subdit: Post Apostolos quippe, martyres incedunt pugnatōres ejusdem Trinitatis; fortes quidem et ipsi, ut meritò totum in illis gloriatur regnum David, id est, omnis Ecclesia Christi; verumtamen inferiores Apostolis. Post illos ordinantur et alii triginta fortes, omnes videlicet gloriosi ejusdem sanctæ et individuae Trinitatis confessores, fideliter credendo, et præcepta Decalogi fortiter adimplendo, facti insignes, ac proinde nos infirmiores ac plebeios, magni David milites, meritis præcipuis protegere valentes. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 25. — SEMMA DE HARODI. Eundem esse credo ac *Semma Araritem*, inter tres principes heroes tertium v. 11. Patriæ tamen illius nomen longè aliter scribitur. Vide eundem locum. Vereor nè confusio aliqua et repetitio in caput istud irreperit. In 1 Paralip. 11, 27, legitur *Sammoth Arorites*, sive, juxta Hebræum, *Sammoth Arodites*; ibidem v. 44: *Samma et Jehiel filii Hotham Arorites*, sive *Aroerites*, juxta Hebræum; et v. 55: *Jonathan filius Sage Ararites*. Planè constat *Sage* et *Age* unum eundem esse virum; probabile est etiam vocem *Semma* in v. 55 Paralipom. intercedisse, sicut et in v. 54 legendum esse eo modo quo legit v. 44, nisi forte corrigendum maluerimus illud *Hotham* versiculi 44, substituendo ejus loco *Jonathan*, sicut legitur in versiculo 55. Cæterum *Arori*, *Aroeri*, *Arodi*, unius ejusdemque rei sunt vocabula. Notus est locus certus *Aroer* in transjordanis; sed de *Arodi* nihil occurrit, nisi

VERS. 39. — OMNES TRIGINTA SEPTEM. Cui plures in lib. Paralip. numerentur, diximus alibi. Hic porro numerus hæc ratione colligitur. Tres fuerunt in primo ordine; totidem

fortè idem statuatur cum *Arad* urbe in Phœnicia ad Mediterraneum.

VERS. 26. — HELES DE PHALTI; vel *Helles Phalonites*, 1 Paral. 11, 27.

VERS. 27. — MOBONAI DE HUSATI; vel *Sobbochai Husathites*, 1 Paral. 11, 29.

VERS. 28. — SELMON AROHITES; vel *Itai Arohites*, 1 Paral. 11, 29.

VERS. 29. — HELED; Hebræus, *Cheleb*. Sed in 1 Paralipomenon 11, 30, appellatur *Heled*.

VERS. 30. — HEDDAI; aliter *Hurai*, 1 Paral. 11, 32.

VERS. 31. — ABIALBON; aliter *Abiel*, 1 Paral. 11, 32.

AZMAVETH DE BEROMI; aliter, *Azmoth Bauramites*, ibid.

VERS. 32. — FILII JASSEN; vel *Filii Assem Gezonites*, 1 Paral. 11, 33.

JONATHAN. Addit primus Paralipom. 11, 55, filium fuisse *Sage Ararite*. Sage iste Ararites filium alterum habuit *Semmam*, de quo supra, v. 11.

VERS. 33. — AJAM FILIUS SARAR AROERITES. In 1 Paralipom. 11, 34: *Abiam filius Sachar Ararites*.

SEMMA DE ORORI. Supra v. 11, occurrit *Semma filius Age de Arari*, et in v. 25, *Semma de Harodi*. Suspicio repetita quædam in capita hæc irrepsisse. In 1 Paralipomenon 11, 27, legitur: *Sammoth Arorites*, vel *Arodites*, uti fert Hebræus; et v. 44: *Samma et Jehiel filii Hotham Arorites*, vel, ut Hebræus, *Aroerites*; ac denique v. 54: *Jonathan filius Sage Ararites*. Planum igitur est, *Sage* et *Age* unum esse eundemque virum, ac meritò arbitramur, nomen *Semma* intercedisse in v. 55 Paralipomenon, atque in eodem v. 54 legi oportere, uti in v. 44, nisi corrigendum censeamus nomen *Hotham* v. 44, substituto in ejus locum nomine *Jonathan* ex v. 55. Quod attinet ad locum *Arari*, vel *Orori*, vel *Orodi*, quæ nomina unum esse idemque credo, variè scriptum occurrit, modò *Haharari*, modò *Hacharari*, et modò *Haharhari*, vel *Haharoheri*, vel *Haharadi*.

Situs loci ignoratur, nisi hæc nomina deducantur ex *Arado*, urbe Phœnicie; vel ex *Arger* trans Jordanem.

VERS. 34. — ELIPHELET FILIUS AASBAI; aliter, *Eliphal filius Ur*, 1 Par. 11, 35.

VERS. 35. — HESRAI; vel *Hesro*, 1 Par. 11, 37.

PHARAI DE ARBI; vel *Naarai filius Asbai*, 1 Paral. 11, 37.

VERS. 36. — IGAAL FILIUS NATHAN; aliter, *Joel frater Nathan*, 1 Paral. 11, 38. Joel, vel Igaal educatus fuerat, et fortè etiam adoptatus à fratre suo Nathan; quare patrem adoptione agnovit, quem natura fratrem sibi dederat. Vel potius: Joel fratris sui Nathani filiam duxerat, qui Nathan nullum fortasse marem è liberis reliquerat; quod ubi contingat, edicit lex, ut puellæ hæredes è familia suâ virum sibi adsciscant; neque lex prohibet connubium patris cum fratris filia.

BONNI DE GADI; aliter *Mibahar filius Agarai*, 1 Par. 11, 38.

aquam ex cisternâ hauserunt, de quorum numero Banaïam fuisse diximus. Deinde nume-

VERS. 39. — URIAS HETHÆUS, Bethsabæe vir. OMNES TRIGINTA SEPTEM, comprehensis tribus prioribus et tribus alterius ordinis, ac deinde reliquis Schalischim, quorum egregia facta ignorantur. Hic nomina sex et triginta solummodò recensentur; ut enim animadvertimus ad v. 18, nomen tertii viri illustris è secundo ordine hic et in Paralipomenis siletur. Præter septem et triginta hos Schalischim Davidis,

CAPUT XXIV.

1. Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitque David in eis dicentem: Vade, numera Israel et Judam.

2. Dixitque rex ad Joab principem exercitûs sui: Perambula omnes tribus Israel à Dan usque Bersabee, et numerate populum, ut sciam numerum ejus.

3. Dixitque Joab regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum quantus nunc est, iterumque centuplicet in conspectu domini mei regis! sed quid sibi dominus meus rex vult in re hujusmodi?

4. Obtinuit autem sermo regis verba Joab et principum exercitûs; egressusque est Joab et principes militum à facie regis ut numerarent populum Israel.

5. Cùmque pertransissent Jordanem, venerunt in Aroer, ad dexteram urbis quæ est in valle Gad,

6. Et per Jazer transierunt in Galaad, et in terram inferiorem Hodsî, et venerunt in Dan sylvestria. Circumeuntesque juxta Sidonem,

7. Transierunt propè mœnia Tyri, et omnem terram Hevæi et Chananæi, veneruntque ad meridiem Juda in Bersabee;

8. Et, lustratâ universâ terrâ, affuerunt post novem menses et viginti dies in Jerusalem.

9. Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta millia virorum fortium qui educerent gladium, et de Juda quingenta millia pugnatorum.

10. Percussit autem cor David eum, postquàm numeratus est populus; et dixit David ad Dominum: Peccavi valdè in hoc facto, sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultè egi nimis.

rantur triginta unus, quorum princeps fuit Asael. Cur verò cùm unus et triginta in tertîa classe reperiantur, triginta tamen toties memorentur, rationem supra reddidimus.

alii etiam sexdecim adduntur in Paralipomenis. Cur hic omittantur, ignoramus. In censum hic non referuntur Joab imperator copiarum Davidis, et Amasa imperator designatus: ordinem illi tenebant hisce omnibus superiorum. (Calmet.)

CHAPITRE XXIV.

1. La colère du Seigneur s'alluma encore contre les *enfants* d'Israël; et il excita contre eux David, en le portant à donner cet ordre: Allez, comptez Israël et Juda.

2. Et le roi dit à Joab, général de son armée: Allez dans toutes les tribus d'Israël, depuis Dan jusqu'à Bersabée, et comptez le peuple, afin que je sache son nombre.

3. Joab répondit au roi: Que le Seigneur votre Dieu veuille multiplier votre peuple, et même le faire croître au centuple de ce qu'il est aux yeux du roi mon seigneur! mais que prétend faire le roi mon seigneur par cet ordre? *Il vous sera imputé à péché.*

4. Néanmoins la volonté du roi l'emporta sur les remontrances de Joab et des principaux officiers de l'armée: Joab partit donc avec eux d'auprès du roi pour faire le dénombrement du peuple d'Israël.

5. Ayant passé d'abord le Jourdain, ils vinrent à Aroër, au côté droit de la ville qui est dans la vallée de Gad,

6. Et à Jazer. Ils allèrent de là en Galaad et au bas du pays d'Hodsî; ils vinrent au bois de Dan, *au pied du mont Liban*; et tournant autour de Sidon,

7. Ils passèrent près des murailles de Tyr, traversèrent tout le pays des Hévéens et des Chananéens, et vinrent à Bersabée, qui est au midi de la tribu de Juda.

8. Ainsi, ayant parcouru toutes les terres d'Israël, ils se rendirent à Jérusalem après neuf mois et vingt jours.

9. Joab donna au roi le dénombrement qu'il avait fait du peuple; et il se trouva d'Israël huit cent mille hommes forts et propres à porter les armes, et de Juda cinq cent mille, *non compris ceux de Lévi et de Benjamin.*

10. Après ce dénombrement du peuple, David sentit son cœur battre, et il dit au Seigneur: J'ai commis un grand péché dans cette action; mais je vous prie, Seigneur, de par-

11. Surrexit itaque David manè, et sermo Domini factus est ad Gad, prophetam et videntem David, dicens:

12. Vade, et loquere ad David: Hæc dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris ex his ut faciam tibi.

13. Cùmque venisset Gad ad David, nuntiavit ei dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terrâ tuâ, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur, aut certè tribus diebus erit pestilentia in terrâ tuâ. Nunc ergo delibera, et vide quem respondeam ei qui me misit sermonem.

14. Dixit autem David ad Gad: Coartor nimis; sed melius est ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt), quàm in manus hominum.

15. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitutum, et mortui sunt ex populo, à Dan usque ad Bersabee, septuaginta millia virorum.

16. Cùmque extendisset manum suam angelus Domini super Jerusalem ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, et ait angelo percipienti populum: Sufficit; nunc contine manum tuam. Erat autem angelus Domini juxta aream Areuna Jebusæi.

17. Dixitque David ad Dominum, cùm vidisset angelum cædentem populum: Ego sum qui peccavi, ego iniquè egi; isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me et contra domum patris mei.

18. Venit autem Gad ad David in die illâ, et dixit ei: Ascende, et constitue altare Domino in areâ Areuna Jebusæi.

19. Et ascendit David juxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus.

20. Conspiciensque Areuna, animadvertit regem et servos ejus transire ad se:

21. Et egressus adoravit regem pronò vultu in terram, et ait: Quid causæ est ut veniat dominus meus rex ad servum suum? Cui David ait: Ut emam à te aream et ædificem altare Domino, et ces-

donner l'iniquité de votre serviteur; car j'ai agi très-follement.

11. Et David se leva dès le matin, et le Seigneur parla à Gad, prophète et voyant de David, disant:

12. Allez dire à David: Voici ce que dit le Seigneur: Il vous est donné l'option de trois fléaux: choisissez celui que vous voudrez que je vous envoie.

13. Gad étant donc venu vers David, annonça, disant: Ou votre pays sera affligé de la famine pendant sept ans, ou vous fuirez durant trois mois devant vos ennemis, et ils vous poursuivront, ou la peste sera dans vos états pendant trois jours. Délibérez donc maintenant, et voyez ce que vous voulez que je réponde à celui qui m'a envoyé.

14. David répondit à Gad: Je me trouve dans une étrange perplexité; mais il vaut mieux que je tombe entre les mains du Seigneur (car ses miséricordes sont grandes), que dans les mains des hommes.

15. Le Seigneur envoya donc la peste dans Israël depuis le matin jusqu'au temps arrêté, et, depuis Dan jusqu'à Bersabée, il mourut du peuple soixante-dix mille hommes.

16. L'ange du Seigneur étendait déjà sa main sur Jérusalem pour la ravager, lorsque Dieu eut compassion de tant de maux, et dit à l'ange exterminateur: C'est assez; retenez votre main. L'ange du Seigneur était alors près de l'aire d'Aréuna, Jébuséen.

17. Et David, quand il vit l'ange frapper le peuple, dit au Seigneur: C'est moi qui ai péché, c'est moi qui suis le coupable; qu'ont fait ceux qui ne sont que des brebis? que votre main, je vous prie, se tourne contre moi et contre la maison de mon père.

18. Alors Gad vint dire à David: Allez dresser un autel au Seigneur dans l'aire d'Aréuna, Jébuséen, qui demeure sur le mont Moria.

19. David, suivant cet ordre que Gad lui donnait de la part de Dieu, y monta aussitôt.

20. Aréuna levant les yeux, aperçut le roi et ses officiers qui venaient à lui.

21. Il alla au-devant du roi, lui fit une profonde révérence en se baissant jusqu'en terre, et lui dit: D'où vient que le roi mon seigneur vient trouver son serviteur? David lui répondit: C'est pour acheter votre aire et y dresser un autel au Seigneur, afin qu'il fasse cesser cette peste qui tue tant de peuple.